



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**M. Ioannis Mensingi Theologi de Ecclesiæ Christi
sacerdotio, Libri duo**

Mensing, Johannes

[Coloniae], 1532

VD16 M 4656

Exhortatorivm Ad lectorem, rei summam paucis perstringens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30281

EXHORTATORIVM AD
lectorē, rei summā paucis perstringens.

EN uarios, Lector, celebrandi numinis usus,
Quos modo per terras factio sœua dedit:
Factio tartareis dudum opperienda tenebris,
Qua uix perfidior hærefis ulla fuit.
Quæ fecit, ut patrum concors Ecclesia, mille
Diuersis pateat dilacerata uījs.
Hic prece germane elicitur de culmine coelè
Iuppiter, & sordet quod fuit ante piū.
Est illic risus, sacris impendere uitam,
Aut uitium, sanctos tollere posse uiros.
Aut scelus antiquum, deleri fonte sacrato,
Aut undum quicquam psallere posse caput.
Hic Vestæ prostant Nymphæ, dicuntur & illic,
Fūq; palam turpis quod suadet esca mali.
Abiçta hic multos, gestamina culta, per annos,
Et monachi sanctam taxat odieq; uocem:
Ille quadragesimæ lacerat ieiunia sacræ,
Tempore & hoc nuptam gaudet habere nouam.
Taxat hic ex æquo Papæ quos diu saluat,
Quosq; dei nobis credimus esse loco:
Ille potestates proscindens, pellit ad armæ
Quos agri dulcis cura beata premit:
Proq; suo nutu (tanta est licentia uulgi)
Quiq; facit quod uult, excutiturq; iugum:
Quod ne perpetuo duret doctusq; periclo
Protritum mundus ingrediatur iter:
Excute præsentem studio diligente libellum,
Qui præter Christi continet ora nihil.

THEASOR.

A 3

ORATIO